

Littere Joannis Casimiri Principis ad Gu-
bernatores Provincie.

Excellentissime Domine

37
 Exhortatus me Excellentia Vestra ad patientiam
 in hac tam iniqua fortuna, accipio a candido monito-
 re affectum grato animo. Innutritus equidem sum
 legi quae docet Christiano esse perferre patienter in-
 viciam, an autem Christianissimi sit eam innocenti
 irrogare. Dei et orbis judicio relinquo. Non tamen ex-
 tra exemplum legis latens fecero si quorundam et quorundam
 a percussore injusto, cur me caedis, cum supra Deum
 id cuiusque probissimi semper patatum, alienis im-
 peti criminibus et tacere infamia notari et non sen-
 tire pati ut parricida et ad immentum penam non
 ingemiscere, si pietas, si justitia in Gallia cur mihi
 id non conceditur, quod jus fas leges et plebiscita om-
 nium nationum cuius reo permittunt ut possit
 ad objecta respondere? Ego indemnis inauditus indi-
 cta causa tante carnificis a Christianissimis subji-
 cior. Sapiens me Excellentia vestra suis consolatio-
 nibus in meliorem spem erexit et hoc prejudici-
 um ac periculum quod patior libertatis fortunatum
 et vitam mea aliter nec nisi in bonum interpretari pos-
 sit. Verum cum tam obstinata in me videam
 odia Christianissimi quid aliud proter miterentum meum
 mihi persuadere possum? nisi nuper suavis excellen-
 tia vestra sanctissimum cubicularium dedi
 literas amicas et humiles ad regem ad Cardinalem
 a nullo horum admittis, litteras meas non rece-
 ptae contemptim ipse habitus, et spernari super-
 cilio a quovis officialium eundem spectus. Taceo pri-
 orem secretarium meum quem rex ad primum
 conspectum execratus aula sua excedere jussit. Ego

supplicia

supplicia et tormenta omnia quae mihi a Gallis infliguntur debeo credere esse benevolentiam et humanam tractationem cum ipsi in supplice et captivo sibi persuadeant aut fingant hostilitatem. Quasi vero lateat etiam venenum mihi destinatum si quod catuli supplicium cui jam subjectus sum mirus efficax in mortem meam fuerit Gallia in amicisque confederatis sic expedire ut moriatur. O ingeniosam crudelitatem. O miserum Gallia statum quem numina non fortunarent, nisi illis externi et innocentiissimi sanguinis sacra fierent. Quauunque tandem morte peremptus, fuero. Sciet posteritas me dolo et fraude sub humanitatis specie a Gallis captum et per inopitiam interfectum. Nec surdior Deus ad vocem sanguinis interempti a cognato erit, quam quondam fuerat in caesa. Hec nolo credere compello tamen dicere et id excellentiae vestrae scribere quod saepius audio nimirum Champiniem quemdam esse familiarem excellentiae vestrae qui in perniciem meam iniquis informationibus instigat regem et cardinalem. Nescio quomodo offenderim quem vix vidi et quomodo placare possim quem nunquam lesi. Gratuita o. Dia esse scio, et hominem homini lupum, et hominem homini Deum, quem ut in excellentia vestra reperire sic venero eternum. Excellentiae vestrae obligatissimus
Joannes Casimirus Princeps Austeroni 24. Martii
Anno 1639.